



## Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio  
Ersteller: de Turrecremata Johannes  
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

confortauit eos quia ego non alius. Dinumerabo eos quos in fide  
genuerunt. et ipsi credentes enumerati multiplicabuntur super arenam.  
.i. super plebem iudaicam quam arene dure sterili et infructuose comparat.  
et hec multiplicatio prouenit ex hoc quod surrexi a morte. et licet surrec-  
tio propria uirtute sit signum diuinitatis tamen adhuc sum occultus pluri-  
bus apud te quia non est manifesta omnibus mea potestas. quam tandem in  
iudicio erit omnibus cognita. sicut honorabiles sunt mihi amici tui  
deus. ita inimici tui detestabiles. et ideo. **Cum occideris deus peccatores**  
morte gehenne dicam et ego ad eos uiri sanguinum. .i. peccatorum declina-  
te a me. quia etiam horreo vos videre. illos enim quos tu uiuificas ego  
uiuifico. et illos occido quos tu occidis. ideo declinate a me uiri san-  
guinum. **Quia** dicitis in cogitatione uestra deridendo bonos fideles acci-  
pian illi predicatorum et prelati ciuitates suas. .i. bona eterna. deriso-  
rie loquuntur que promittuntur dico in uanitate. .i. non in ueritate sua.  
ecce falsitas opinionum loquentium si oderis deus peccatores. nonne concor-  
das iusticie tue quam te corrigentem et damnantem oderam. oderam certe sic et  
omnibus hominibus deberet esse odiosus. et contra inimicos tuos resolu-  
bar dolore interius zelo iusticie contra eos iratus. quod te et nomen tuum  
impugnabatur. **Oderam** dico perfecto odio sic nec propter uicia oderim ho-  
mines nec propter homines uicia dilexerim et inimici facti sunt mihi id est  
me odio habuerunt et quomodo timeo quod aliquid lateat displicibile. **Pro-**  
**ba** me. .i. probatum ostende per aliquas temptationes. et fac me scire ea que  
latent in corde meo et fac me cognoscere semitas meas facta et cogi-  
tata per me. **Et** fac me cognoscere videre si aliqua culpa in me est faci-  
endo aut consentiendo aut negligendo que negligenda non erant. ut per  
penitentiam emundar ab illa culpa et deduc me ad uiam que ducit ad  
beatitudinem eternam. **4<sup>o</sup> Psalmus cxxxix. in quo monet orare deum contra mala**  
**seculi. Prophecia in persona ecclesie uel cuiuslibet iusti.**

**R**ipe me domine ab homine malo non uno tamen sed a toto genere  
malorum et principe suo dyabolo. et a uiro iniquo eripe me.  
Qui mali cogitauerunt iniquitates in corde contra me et continue con-  
stituebant prelia scismata et hereses contra que pugnarem. et ostendens  
quibus preliis persequerentur etiam ait. **Acuerunt** linguas id est acutas  
et exquisitas sententias parauerunt sibi unde possent transigere corda  
hominum simplicium audientium sicut serpentes per linguas uirus